



43885

81

EPICEDIA  
in præmaturum beatumque obitum  
DOMINI  
**CHRISTOPHORI**  
**BARTOLDI STRUVII,**  
I. V. Doctoris

à  
*fautoribus & amicis condolentibus*  
Scripta



MAGDEBURGI,  
Typis JOHANNIS MULLERI.  
M. DC. LXV.



On juvenes firmos metuit, non parcit E-  
phœbis,

Non roseas curat, Morsodiosa, genas.  
Indoctis tendit simul & Doctoribus arcum,

Quosq; videt, terris posse prodesse, rapit.

Sic quoque Doctorem juvenem proh! abstulit orbi,

Qui vixit tantum bis tria lustra, dolor!

Noverat hic Sophien & Ius Vtrumque, fideque

Vincebat multos & pietate simul.

Heu moestam Matrem! doleo: nam clamitat eheu

Me miseram! columen corruit ecce meum.

Sed vanus clamor, quia inexorable Fatum:

Ergo clamorem mitte, remitte, precor.

Quem Tibi cum summo rapuit mors dira dolore,

Hunc cum lætitia reddet in axe DEus,

συμπαθείας ergo  
Sc.

M. FRIDERICUS WILHELMUS LYSERUS,  
Ecclesiæ Metrop: Magdeb: Pastor.

Struvi  
magr:  
irnu

**Q**Vondam in Te *Virtus*, Struvio, sic nomine verso,  
*Virtutis nomen*, \* convenit ecce tuo.  
Quondam in Te *Virtus*, Struvi, si facta rependo,  
*Dexteritas linguae, justitiaeque, fudit*,

Et

Et pietas præclara simul, preciosior auro:  
Astrææ celebris Doctor amandus eras,  
Certe, immortalis tua *Virtus*, fine carentem  
Promeruit vitam, aut tempora longa senis,  
Sed nunc dum in terris *Virtus* tumulata quiescit,  
Ut flos succisus, sic cadis ante diem,  
Indignum virtute tuâ, mens inclyta, mundum  
Monstras, & repetis candida tecta poli.

*Ita injusti pravig<sub>3</sub> osoris, Virtutumq<sub>3</sub> cultoris inde-  
fessi Domini Doctoris Struvii manibus non  
sine lacrumis satisf.*

FR. Rhün/ I.V.D.

**F**alleris, quisquis meditaris ævi  
Lubricos lapsus religare firmo  
Carceris nexura rapidumq<sub>3</sub> tempus  
cogere vincis,  
Quisquis innubes radiare luces  
Aurea sortis cupis & fugacis  
Terminum fati stolidis fatigas  
currere votis  
Falleris: metam properat fluentis  
Impetus vita, fugiunt avara  
Mensium luna, volat omnis etas  
Cœca quietis.

A 2

Quæ

*Quā tibi primum dedit hora nasci,  
Hec tibi primum dedit interire,  
Vnaspes omnes fugitiva nostras*

*Hora trucidat.*

*Nil juvat noctes vigiles tenacis  
Inter intensos studij labores  
Ducere, aut inter calidas honorum*

*ducere curas.*

*Frustra virtutis, sine labore, calcas  
Semitam, nullā clypei sub umbrā  
Integer vita fugit irretorti  
fulmina leti.*

*Testis est sanctæ STRVVIVSThemistos  
Pertinax cultor, Sophiesq; Mysta,  
Et cliens veræ pietatis atq;*

*Afsecla Honesti.*

*Morta quem præcox (dolor ah!) peremit,  
Quem minax Fatum patriæ suisq;  
Sustulit, Fatum rapidum nec ullis  
flexile votis.*

*Iam nihil terris gelidove debet  
Amplius letho, choreas frequentans  
Cælicas, civis patriæ supernæ  
Incolit astra.*

*IIIe*

Ille jam molli pede transit altos  
Cælitum campos vitreasq; stellas,  
Faustitas & pax teramœna latum  
ambit alumnum.

Item mortales per acuta mundi  
Tormina & vanis macerate curis  
Pectus! incassum ruit omnis omnis  
vestra Cupido.

Ite, vel magnas cumulate gazas,  
Et coquat vestras stimulata mentes  
Vel sit is mundi vel anhelus ampli  
Ardor honoris!

Me juvat mortis requiem sitire,  
Me juvat mortis meditata semper  
Hora, quam summus placido coronet  
fine Iehova!

Σεμναθης scripsit

Joachimus Reinholdus  
Baüssius. I. V. D.

---

**P**vpureus floret cùm flos aut herbula campi,  
Demetit incurvâ rustica falce manus:

A 3

Sic

Sic benè cùm splendet mortali semine natus,  
Aspera tunc illum mors rapit atq; necat.  
Exempla haut proferre lubet, nam sufficit unus  
**STRVVIUS** hic noster, cuius Apollo comam  
Emeritā cinxit lauru. Nunc corpore abiuit,  
Ast mens æternæ est naëta salutis opes.  
Et quamvis tumulo corpus putrefiat in atro,  
Attamen extremo tempore vivet idem.  
Hoc quia cognati nōstis fientes queruliq;  
Nolitis fluidas semper habere genas.

Ex Christianâ condolentiâ scribebat  
& mittebat hæc

AUGUSTUS Wygandt/Molinatus,  
ut vocant Magdeburgici p. t.  
Præfector.

---

Trost Rede  
Des Seelig verstorbenen Herrn Doctoris, an seine  
Hochbetrübte Frau Mutter.

**G**warz! Frau Mutter! Euch mein alzu fröhles scheiden  
Verursacht Kümmernis / viel Threnen / Angst und leiden/  
Dah die Hände ringt / und flaget bitterlich:  
Ach Sohn! Ach liebster Sohn! wie so sehr beugstu mich!  
Wo bleibt nun meine Lust / die ich dacht' zu geniessen      Jud. II, 35.  
Wen meiner widerkunfft? Nun bistu hingerissen  
Durchs bittern Todes Grimm! Dahin ist auch mit dir  
Mein Enkel / meine Freud' / und saner Eltern Zier!

Ach!

Ach! muß denn über mich nun alles Trauern gehen? Gen. 42,36.  
Ich kan für Herzleid und Jammer nicht mehr sichen:  
Mein Herz im Leibe bricht/ die Hände sinken hin  
Daz ich für Traurigkeit fast nicht weiß/ wo ich bin.  
Jedenoch Trostet Euch/ daz dort in jenem Leben  
Mein Jesus werde mich mit Freuden wiedergeben/ Luc. 7, 15.  
Den Vetter auch darzu/ in grosser Herrlichkeit;  
Ey! Göant uns beyden doch die Kron und Seligkeit/  
Darinnen wir izund für Gottes Throne Prangen.  
Gott geb' euch Herz und Muth! Er trockne von den Wangen  
Die heissen zehren ab/ und lehr' euch sprechen nach  
Der Maccabeerin/ die voller Glauben sprach:  
Seht! bin ich nicht izund recht Selig/ hoch zu preisen?  
Ich habe meine Schah' und Kinder lassen reisen  
Zum Herrnen meinen Gott; wie wol sind sie verwahrt!  
Kein Angst und Qual sie röhrt: ich werd' auf diser fahrt  
Zu rechter zeit/ wens Gott gefellt/ zu ihnen ziehen/  
Von Herzen frölich seyn/ daz diese Pflanzen blühen  
Im Schönen Paradies/ da Winter und der Todt  
Verjagt ist ganz und gar/ und außhort alle Noth.  
Zich't/ liebsten Sohne/ zieht zu Gott/ der wil euch haben/  
Zu Ehren sezen/ und auch ewre Seelen laben.  
Ich lass euch zwar von mir mit Thränen leid und  
Schmerz/  
Doch wird daz wider sch'n erquicken Seel und Herz.

Naziam Ze-  
nus. Beatis-  
sima Mater  
sum, The-  
saurū me-  
um Deo  
tradidi. O  
Dilectissi-  
mi Filii!  
Non extin-  
cti, sed Deo  
oblati estis;  
non periisse-  
tis, sed aliò  
migrastis;  
Creator vos  
mihi resti-  
tuet.  
2 Mac. 7, 20,  
Baruch 4,  
19.

Welches aus herzlichen Mitleiden zu  
Kräftigen Trost auff senne

NICOLAUS BOHEMVS,  
Dom-Diaconus.

Cep

**C**eu quidam fructus maturi, sole coquente,  
Prima æstate cadunt arboris à Corypha;  
Maturat juvenis sic quandoque artibus, id quod  
Igneæ naturâ vis facit ingenii.  
Videris at raro, quod multis obsitus annis  
Excessito vitâ præcoquus ingenio.  
Quin potius, quando vivacior æstuat ætas,  
Hunc, mandante Deo, mors inopina rapit.  
Quid Doctor Struvius, (cujus jam funus acerbum  
Cum fletu comites contumulamus humo)  
Quid docuit, præter quam quod mox præcocis instar  
Fructus, ætatis flore vidente, cadat?  
Isjam Doctor erat, nondum cum his duodenos  
Annos vixisset, jure in utroq; cluens.  
Qualis & illius Candor per jura measset,  
Olaus mera cum vita posteriore foret.  
Inq; sui præcox ut fructus raptat amorem,  
Tempore quod svavi svavior est alio.  
Sic Struvius noster, placida jam morte beatus  
Vir virtutis, erat dignus amore sui.  
Ah mihi sitcum licuisset vescier aurâ  
Vitali, Struvi, fautor amande, diu!

Plura præmæstitudine addere non possum singulari affe-  
Etus desiderio erga beatum Dn. Doctorem, Fanto-  
rem quondam in paucis non fucatum

IOH. Schönb erg / Cœnob.  
B.V.M. Procur.

A.H.

Nr. 332



TA → 0C

Retro: Stk. 39 - 42 mindest,  
nicht in PICA

VDTZ





# Farbkarte #13

B.I.G.

Black  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Centimetres  
Inches

